

Adamus Bremensis.

Hist. eccles. I. 49. pag. 14.

genita *flectere nequivit* sac-
vitia; filium autem regis Ha-
roldum sua est praedicatione
lucratus.

Quem ita Christo fidelem
perfecit, ut Christianitatem,
quam pater ejus semper odio
habuit, ipse haberi *publice*
permitteret, *quamvis nondum*
Baptismi sacramentum per-
cepit. —

Ordinatis itaque in regno
Danorum per singulas Eccle-
sias sacerdotibus, multitu-
dinem credentium Haroldo
sanctus Dei commendavit.
Cuius etiam fultus adjutorio
et legato, omnes Danorum
insulas penetravit, evangeli-
zans verbum Dei gentilibus
et fideles, *quos illic invenit,*
captivos in Christo con-
fortans.

Deinde vestigia secutus
magni praedicatoris Ansgarii
mare Balticum navigans, gra-
vi labore venit ad Bircam.

Birca est oppidum Gotho-
rum, in medio Sueoniae po-
situm, non longe ab eo tem-
plo, quod celeberrimum Sue-
ones habent in cultu Dano-
rum. Cap. 50. p. 15.

In eo portu confessor Do-
mini egressus insolita popu-
los appellare coepit legatio-
ne. Quippe Sueones et Go-
thi....

.... Christiana religionis pene
obliti haud facile poterant ad
fidem persuaderi.

Chron. Corb.

ad an. 936. bei Wetelimb.

G. 391 — 392.

minis atque auctoritate Hein-
rici regis, religionem chri-
stianam promisisse Deo, re-
gem autem eorum Gaurmum
nequaquam flecti potuisse;
sed filium ejus Harioldum
verbum Dei libenter audi-
visse et coram omnibus *pub-*
lice spopondisse se semper
religionem christianam ama-
tutum esse, *nondum autem*
baptizari potuisse; interim
autem archiepiscopum Unni
ecclesiis presbyteros prae-
posuisse, quibus *ordinatis*
cum insulas Danorum adiisse
et fideles, quos ibi invenerit,
in Domino confortasse....

his peractis, archiepiscopum
navibus conscensis profectum
esse Bircam, urbem

ubi omnes ludicra numina
fictosque Deos colentes et
religionem christianam quam
olim Ansgarius, Rimbertus,
Gautbertus, Nithardus atque
alii praedicaverint penitus
extinctam invenerint.